



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Contractus qui deserendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

(relinqui debent) nihilominus tamen ad male agendum inflectunt, ac facillimo negotio facilissime ad diuersa peccata trahunt, ut choreis interesse, agere cum blasphemis, versari cum scurris, malorum se sodalitatibus hominum adiungere, tabernas frequentare, otio indulgere, similesq; actiones, in quibus ut plurimum peccare mortaliter homines solent, qui quidem ante non debent absolvi, nisi animo ab alienato penitus illa ipsa se deserturos esse polliceantur.

Et quidem si probabiliter sibi Confessarius persuadeat, posse se fidem primæ vel secundæ à pœnitente sibi promissionis factæ dare, quod scilicet occasionem auferat, poterit eum promissionis intuitu absoluere, si autem fidem semel atque iterum fregerit, ac tertio iam idem pollicetur, absolutionem differat, usque dum re ipsa videat pœnitentem se omni peccato liberasse, in quo prius vixerat.

Contractus qui deferendi.

Eos præterea, qui contractis nostris Concilijs Provincialibus nominatim prohibitos, vel per se alias illicitos exercent, non absoluat, nisi prius rescindantur, satisfactioque conueniens pro eis præstetur. Si contractus dubij sint, antequam absoluat, ad Pœnitentiarium maiorem rem totam reiçiat, qui quidem illius explicationem ampliorem penes nos inueniet: sed hoc tempore si pœnitens sufficientem dederit cautionem, quod futuræ definitioni sententiæque acquiesceret, poterit eum absoluere, & ad communionem admittere.

Inibi-